chriſtum adduxit vel ceci diſcipuli ſalutatio dicē
tis. Aue rabi. Tertio canticū ipſum tunc alta vo
ce dicit ad notandum: qꝛ multi iꝑfecto antixp̄o
gaudebunt. Clangor canētiū kirieleiſon ē tumul
tus dn̄m pſequentiū: ⁊ eū ironice adorantiū: vt
ſignificat lamēta ſanctaꝝ mulieꝝ que ſequeban
tur dn̄m. que legunt poſtea lamētari ſedētes cō
tra ſepulchruꝫ. ¶ Tropi vo. i. verſus illi qui ī illis
trib⁹ noctib⁹ cū kirieleiſon ⁊ Dn̄e miſerere. qua
ſi lamētabiliter cantant ſignificāt lamētationes
⁊ dolores mulierū de cognatione ſua: que a ga
lilea fuerāt ſecute Jheſum: iter quas erāt Mar
ta magdalena ⁊ Maria iacobi: ⁊ Maria ſalo-
me plorātes iuxta ſepulchrū. ¶ In quibuſdā eti
am eccleſijs tropis cantatis ꝓcidētes ad terram
dicunt ī tenebris ſub ſilentio. Miſerere mei de⁹
⁊ collectā. Reſpice queſum⁹ dn̄e. in q̄ timor apo
ſtolorū ī occultis notat. Poſtea fit cuꝫ manu vel
alio quidā modo ſonit⁹ ante luminis reuelatōeꝫ
q̄ ſonitus repreſentat terroris eoꝝ incuſſionē vel
ex tumultu cohortis vel ex terremotu. In q̄buſ-
dam tn̄ eccleſijs ignis nouus de lapide ꝓducit:
qꝛ per xp̄m mediatorē noſtꝝ nobis ſpirit⁹ ſanct⁹
infundit. ¶ Ab hac quoqꝫ die ad octauā pente-
coſtes ī quibuſdā eccleſijs officiū beate Marie
omittit vt memorie atqꝫ reuerentie paſſionis ⁊
reſurrectionis. de q̄bus ī eccleſia hoc tp̄e agitur
ardenti⁹ iſſiſtat. Cū eni honor ⁊ obſequiū ſpecia
liter hoc tp̄e xp̄o eius nato in noſtra humanitate
paſſo ⁊ glorificato īpenſum redundet ī ipſaꝫ ma
teriam: nulla quidē ſibi fit iniuria ipſum officiuꝫ
omittendo. Omittit etiā officiū mortuoruꝫ: quia
recordatio beneficioꝝ xp̄i precipue que ipſe paſſi
onis ⁊ reſurrectionis ſue tp̄e contulit oēm noſtꝝ
effectum ⁊ ītellectū requirant. Proinde eccleſia
illud ſolū officiū quod ad ipſum xp̄m ſpectat ī q̄
de eius paſſione ⁊ reſurrectione agit eo tēpore
agit: vt ſic nō ad plura diſperſa ad vnū duntaxat
vementius occupet. Nec p̄ hoc defuncti q̄ ſunt ī
purgatorio diſpendiū patiunt: qꝛ cū ſint nobis p̄
charitatē vniti beneficia noſtra ſm̄ quod merue
runt participātur ab eis: nec expreſſius memoria
ꝓ illis fieri poſſet q̄ꝫ agendo memoriā de morte
⁊ reſurrectione xp̄i p̄ quaꝫ a penis liberari expe
ctant. Extra eccleſiam tamē vtile eſt ipſa officia
dicere.

¶ De diurno huius diei officio Rubrica.

Sequitur de diurno huius diei officio vi
dere. Et q̄midem hec quīta feria inſi
gnitur ſacramētis: tū ab eccl'a: tū a do
mino iſtitutis in qua die p̄mo penitētes in eccl'a
introducunt qui in capite ieiunij de ea eiecti fu
erant. Unde in canone Inno. ita legitur. De pe-
nitentibus vero q̄ ſiue ex grauiorib⁹ omiſſe ſiue
ex leuioribus pn̄iam gerunt ſi nulla interueniat
egritudo. quinta feria ante paſcha eis remittēdū
romane eccleſie cōſuetudo demonſtrat. Primo
ergo de penitētiū itroductione ī eccl'am dicturi
aliqua de ipſorū eiectione premittam⁹. Siquidē
miſericors ⁊ miſerator domin⁹ cui⁹ miſericordie
nō eſt numerus. ſicut in pſalmo habet miſericor
diter ſemper agens ⁊ peccatorū ſalutē ſitiens p̄
huius mundi pelagus periculoſe nauigātibus ⁊
quādoqꝫ fluctuātib⁹ iter alia multa remedia ſpe
cialiter duas naues ſiue tabulas parauit. Prima
eſt baptiſm⁹. Secūda penitētia: ſicut apoſtol⁹ ait
ad Ephe. Et quid q̄d penitētes de eccl'a eijciunt
repreſentat exilium ⁊ eiectionem Ade ⁊ Eue de
paradiſo ꝓpter eſum pomi. Peccatores ergo de
eccleſia eijcimus: ⁊ eiectis pn̄iam ſeptennem aut
aliam ꝓ criminū qualitate iponimus: ⁊ eiecti per
ſeptem ebdomadas extra morant: quia gen⁹ hu
manum in Adaꝫ lapſuꝫ. iudicio dei ī hoc exilio
ſeptem milibus damnat annoꝝ. Maria quoqꝫ
lapſa ſeptē dieb⁹ extitit extra caſtra. Forma ele-
ctionis habet in concilio agathen. Eiectioneꝫ vo
Cayn a facie domini repreſentat eccl'a excōmuni
cando viros ſanguinū precipue cū candelis exti
ctis: qꝛ ⁊ ille ⁊ iſti ſpin̄ vicijs extinxerūt que can
dele ī ꝓlatione anathematis debent ꝓijci ⁊ pedi
bus conculcari: nec vlteri⁹ debēt ad aliquē vſū
ſicut nec ſal in fatuatū aſſumi. Eiecti fuerūt can-
delas ī manib⁹ ad ſignificandū q̄ ꝓ opere quo
p̄mi parentes porrexerūt man⁹ ad pomū vetitū
appoſita eſt ignea rūphea in paradiſo. Claudunt
corā eis fores eccleſie in ſignuꝫ aditus pa radiſi
quodāmodo obcluſi. q̄d de loco ad locū vadunt
ſiue ī exiliū mittunt: ſignificat q̄ Cayn poſt mor
tem fratris ꝓfugus ⁊ vagus fuit ſup̄ terrā q̄ cili
cijs ⁊ laneis vtunt. de Job tractuꝫ eſt: qui pn̄iaꝫ
in fauilla ⁊ cinere agens ſacco ſe operuit: ⁊ nini-
uitis qui ſimiliter fecerūt. Ciliciū quoqꝫ portāt
in ſignū pelliciaꝝ tunicaꝝ Ade ⁊ Eue. Johānis
etiā habitū recolētes. Carcer penitētie a ioſeph
initiū habuit. Quod comā ⁊ barbā nutriunt. tra
ctum eſt de ioſeph cui ī carcere poſito iſta excre
uerūt. Quod iacēt aut ſedēt ī terra ſumptū ē de
Job q̄ in ſterquilinio ſedit. In terra etiam come
dūt q̄ſi ipſo fc̄ō dicāt: Maledicta eſt terra in ope
tuo. Nō dicit eis aue: qꝛ nōdū erat mutatum no
men eue: q̄d pedes nudāt nuditatē repreſentant
ade: innuentes q̄ īdigent ornatu gr̄e. q̄d baculis
vtunt. tractū eſt de Jacob qui ꝑegrin⁹ ī baculo
iordanē tranſiuit. ¶ In his etiā omnib⁹ inuitant
ad humilitatem: ⁊ purgatoriā confeſſionē: ⁊ tam
peccatorū q̄ꝫ eterne pene meditationeꝫ: ⁊ q̄ ſint
memores ſue ꝑegrinationis. Nam q̄ eijciunt de
eccleſia. ⁊ poſt eos cantat In ſudore vultus tui
veſceris pane tuo. hoc iō fit vt videntes eccleſiā
pro eis eſſe confuſaꝫ: magis ac magis confundā
tur. In veſtimentis quippe ſordidis ⁊ excremen
to crinū ⁊ barbe: ⁊ multiplicatio miſerie peccato
rum inſinuat: quaſi dicant ipſo facto. Iniquita-
tes mee multiplicate ſunt ſuper capillos capitis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

meí. Quod in terra iacent eis eternã dãnationẽ
ad memoriã reducit:quaſi dicant Domine ꝑdeſ
oẽs qui in terrã deſcẽderũt.i.qui dediti ſũt terre
nis niſi reſipiſcant. Quod de loco ad locũ cũ ba
culo vadũt eis ad memoriã ꝑegrinationẽ ſuã re
ducit:qui per peccatũ receſſerũt a deo. In bacu-
lo.n.intelligit̃ correctio:cõſolatio:⁊ ſuſtentatio:q̃
ſi dicant. Uirga tua ⁊ baculus tuꝰ ipſa me cõſo-
lata ſũt: Eſt aũt baculus cubitalis q: in qua men
ſura meſſi fuerint remetiet̃ eis. ¶ Sed querit̃ q̃
re hac die penitentes in eccleſiã introducuntur
¶ Reſpondeo in quinta feria deꝰ creauit piſces ⁊
volucres.piſces in aquis reliquit. volucres ĩ ae-
ra leuauit. Juxta illud. Magne deꝰ potẽtie q ex
aquis ⁊c̃. ꝑtim remittis gurgiti.ſ.piſces.ꝑtĩ leua
tis in aera.ſ.volucres. Per piſces intelligũtur cu
pidi auari ⁊ luxurioſi: qui in fluxu cupiditatum
huiꝰ mũdi delectant̃. Uolucres ſũt ſpirituales
qui in ſpiritualem cõuerſationẽ quaſi in aera le-
uant̃. Penitentes igit̃ in quinta feria in eccleſiã
introducunt̃:⁊ quaſi ſegregati a maliſ:⁊ ab huiꝰ
mũdi delicys in cellis animo cõuerſant̃. ¶ Prete
rea in fine quinte etatis quã hec quinta feria ſi-
gnificat. Joães baptiſta penitentiã predicauit:⁊
dominꝰ noſter venit in mũdũ peccata abſoluẽs
ꝓut in prima huiꝰ diei oratione dicit̃. ¶ Rurſus
in hac die inſtitutũ eſt ſacramentũ ſacramentoꝝ
ſ.corporis ⁊ ſanguinis domini:cũ dominꝰ vetus
finiuit teſtamentũ ⁊ nouũ inchoãs.panẽ ⁊ vinuꝫ
in corpus ⁊ ſanguinẽ ſuũ ſubſtãtiauit qđ ẽ ſacra
mentum miſericordie. Quia ergo chriſtus ſolus
de miſericordia crimina tollit:ut premiſſuꝫ ẽ: iđ
penitentes hac die reconciliant̃:q: hac die miſeri
cordie cõſecrauit ſacramentũ:⁊ inde eſt ꝙ miſſa
huius diei ſolẽniter cantat̃:ut ibi dicet̃. Merito
igitur hac die que tota in remiſſionẽ peccatoruꝫ
conſecrata eſt:penitentes recõciliant̃: ad ꝑcipien
da corporis ⁊ ſanguinis domini ſacramenta. De
cuit itaq; hoc ſacramentuꝫ in fine inſtitui quinte
ferie adueniẽte ſexta feria:eo ꝙ in fine quĩte eta
tis:⁊ ĩ primordio ſexte.lex finẽ ⁊ euangeliũ ſum
pſit exordiũ. Preterea hac die abſoluũtur:quia ĩ
ea die xp̃s fuit captꝰ ⁊ ligatus:que ligatio ab-
ſolutionem noſtrã operata eſt. Hac etiaꝫ die xp̃s
lauit pedes diſcipuloꝝ ſuoꝝ:ut pedes ⁊ affectus
noſtros lauet.i.ſoluet a peccatiſ. ¶ Forma ꝟo re
conciliationis eſt hec. Exit pontifex ad ianuaſ pa
tentes eccleſie:vbi iacẽtes penitẽtes ꝓſtrati ĩ ter
ra:⁊ eos vice xp̃i vocat ad timorẽ domini.dicẽs
ter venite ve.ve.fily audite me. timorẽ dñi do-
cebo vos. Hanc eſſe xp̃i vocẽ probat titu.pſalmi
xxviy.de quo ſumit̃ qui talis eſt pſalmꝰ Dauid
cũ mutauit vultuꝫ ſuũ corã abimalech. Abima-
lech interpretat̃ patris mei regnũ:per quã iude-
os accipimꝰ:corã quibus verus dauid mutauit
vultũ ſuũ.i.ſacrificandi ritum:⁊ ferebat̃ in mani
bus.quando panẽ ⁊ vinũ dedit diſcipulis dicẽs
hoc eſt corpus meũ.⁊ hic eſt ſanguis meꝰ ;quod

quidẽ hodie factum eſt. Dicẽs ergo pontifex vi
carius ihesu chriſti.venite penitentes: inuitat ad
corpus ſanguiniſq; cõuiuiũ. Proinde ꝓ eoſ orat
genua flectit eos ãmonet eoſq; reconciliãs in ec
cleſiam introducit. ¶ Illud enim notabile eſt ꝙ
vndiq; ianue eccleſia patẽt:ad notãdũ veniẽtes
ab auſtro vel ab aquilone.i. iuſtos ⁊ peccatores
quando accedãt ad miſericordiã nõ eſſe ꝓhiben
dos ⁊ a paſcha in antea patebũt: eo ꝙ in octaua
noſtre reſurrectionis nullũ erit improperiũ pecca
toꝝ electis. ¶ Illud quoq; notabis ꝙ penitẽtes
in eccleſia recepti crines ⁊ barbã quã nutrierant
deponũt:⁊ ſe veſtes mũdas ⁊ cultiores depoſit
penitẽtialibus induũt a ioſeph capiẽtes exẽpluꝫ
qui de carcere ductus tonſus ⁊ lotus ẽ ⁊ veſtibꝰ
decoratꝰ:per hoc quoq; inuit̃ ꝙ deponẽtes ſor
ditudinẽ peccatoꝝ induũt veſtimẽta ꝟtutũ.

¶ De eadem quinta feria: ¶ Rubrica.

Hac etiam quinta feria ſecũdo lo-
co tripertitũ oleũ conſecratur
q̃m hodie agnꝰ dei ad veſperã imo-
labat̃.de cuiꝰ ſanguine vterq; poſtis
⁊ ſuper liminare domoꝝ in quibꝰ erat edendus
liniebat̃:ut hoc ſigno viſo exterminator egypti
domꝰ ſacri cõuiuy ꝑteriret intactas:in quo pref
guratum eſt ꝙ ſi frontibus noſtris vnctione criſ
matis quaſi ſanguine xp̃i qui vnctꝰ interpretat̃
ſignũ crucis imprimit̃.dyabolus in domibꝰ aĩa-
rum noſtraꝝ nullã nocendi habet poteſtatẽ. Re-
cte ergo qua die illud figuratiuũ agebat̃: ſignifi
catum ſolẽniter celebrat̃. Sed dices. Cõſequẽs
igit̃ eſſet ut hac die pueri confirment̃.i.in frõtibꝰ
criſmate ſacre ſignent̃. Rñdeo ſancta eccl̃ia illũ
in quo paſſus eſt dominꝰ luctui dedicauit ⁊ ſolẽ
nitatis ⁊ cõuiuy gaudiũ in diẽ tertiuꝫ quo reſur
rexit dominꝰ reſeruauit:ut tũc demuꝫ ꝓ recupa
ta ſalute animaꝝ.q̃ eſt patrata in ſexta feria: ⁊ ꝓ
futura corpoꝝ reſurrectione q̃ donata eſt nobis
in eccleſia paſchalis agni cõuiuiũ celebremꝰ dicẽ
tes paſcha noſtrũ imolatꝰ eſt chriſtus itaq; epule
mur. ¶ Sumẽtes ergo illud vñ poſtes noſtra
rum frontiũ ſignare debemꝰ:rectius ab ipſa ſigni
ficatione vſq; ad cõuiuium paſchale ceſſamꝰ:vt
tũc ſubmerſo pharone trãſeuntes ꝑ mare rubrũ
ſignãtes domꝰ contra exterminatorẽ paſchale cõ-
uiuiũ celebremꝰ. ¶ Sed diceres cur itaq; ĩ ſab
batũ criſmatis conſecratio nõ differt̃. Rñdeo q:
ab hac quinta feria vſq; in veſperã ſabbati a miſ
ſaꝝ ſolẽnys vacamꝰ.ipſuꝫ aũt criſma nõ niſi ĩtra
miſſaꝝ ſolẽnia fas eſt conſecrari.ſed ante miſſaꝫ
balſamũ cõuenit celebrari: ꝓut ſub ſabbato ſan-
cto dicetur. Uel ideo in quinta feria conſecratio
celebratur:quia chriſtus in quinta fuit vnctꝰ eta-
te nam in quinta venit qui in ſexta ſanguine ſuo cõ
ſecrauit. de cuius vnctione dicit daniel: Ungat̃
ſanctus ſanctoꝝ.⁊ Iſa. Spiritus domini ſuper

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf